



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homo Christianus In Sua Lege Institutus. Sive Discursus Morales**

Qvibus Totvm Hominis Christiani Officivm Explicatvr; Quídque is fugere,  
quid agere debeat, quàm exactiſimè traditur

**Segneri, Paolo**

**Augustæ Vindellicorum ; Dilingæ, 1695**

Discursus XXXI. De Peccatis, quæ solâ cogitatione committuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45964](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45964)

## DISCURSUS XXXI.

De Peccatis, quæ solâ cogitatione committuntur.

I. **N**o potissimum necessaria sunt ad munimentum quodlibet ad hostiam oppugnatione & insidiis strenuè defendendum: Vigilantia & Robur. Illa insidias præcavet: Istud vim arceat. Et verò has ipsas artes bellicas Divinus à nobis Spiritus exigit verbis illis Proverbiorum pulcherrimis & aptissimis: *Omni custodia serva cor tuum.* Hoc enim est dicere: Arcem animi tui nullo non defensionis genere custodi. Defende, inquam, illam vigilantia summâ, ne aditus hosti pateat, ad illam per insidias occupandam accedenti: defende illam fortissimè resistendo, cum vim ille adhibet ad expugnandam. *Omni custodia serva cor tuum.* Sed qui tandem sunt implacabiles animi & cordis nostri hostes, contra quos Deus nos tantâ solertiâ, tantâque fortitudine & audaciâ armatos esse jubet? Sunt cogitationes pravæ, hostes occulti æquè ac violenti, contra quorum artes ego vos hodie quàm diligentissimè obarmem necesse est: sic ut vos tam occultis eorum technis, quàm eorum violentis assultibus probè cognitis, conatibus eorundem invigiletis, ut neque dolis & artibus vos circumveniant, neque apertâ vi vos ex-

pugnent: nec enim de nihilo, aut tribus capellis, sed de animâ, sed de omnibus, quæ habetis, agitur. *Omni custodia serva cor tuum, quia de ipso vita procedit.*

II. Ut Divinos oculos res ipsæ nulla, ita nec humanorum corda intima & arcanissima effugiant. Quos docent verba Ecclesiastici: *Quis Domini multo plus lucidiores sunt Solem, circumspicientes omnes vias minimum, & profundum abyssus, & hominum corda intuentes in absconditis partes.* Atque hæc causa est, quæquam omnes inter Legislatores magis Deus etiam cordis peccata prohibet. *Non concupisceas domum Proximi tui.* Quia nimirum solus ille cognoscere potest, quando solo animo & cogitatione peccetur. Humana Leges facta, non furtorum desideria vetant, vetant cædes, sed desideria hominum aliquem è medio tollendi non vetant, vetant adulteria, sed non adultereandi voluntatem. Et si quis ambigere, an ullum uspiam extet præceptum, quo desideria etiam prava prohibentur, advertat, an uspiam puniuntur. Si enim non puniuntur, non prohibentur quidem. Nam, si Deo, sicuti Angelico credimus, illud præceptum, *quod cadit sub præcepto legis, pro quo peccata in cogitatione committuntur, ad hæc præcepta non pertinet, quia hæc præcepta sunt, quæ ad exteriora spectant, non ad interiora.* At Deus, ut veteres

desideria perverſa ſeveriſſimè etiam vindicat: nec aliande diſcriminis hujus petenda ratio, quàm quia, ut conſtantiſſimum eſt, qui leges ex hominibus condunt, ea ſolum in homine cognoscunt, quæ foris apparent, non aliter quàm qui machinam horologam undique clauſam ex ſolo horarum indice cognoscit. *Homo videt*

*ea, qua parent, Dominus autem intuetur cor.* Ita nimirum, ſicut faber, ſeu artiſtex machinæ etiam, quæ intima illius ſunt, totùmque ejus artiſcium pernoctat, rotarum peccantium morus à non peccantibus diſcernit, corrigi; ita humani cordis Conditor Deus operis ſui ſecretiſſima obtutu pervadit: *Spiritus ponderator eſt Dominus.*

III. Hinc eſt, quod antequam Chriſtus ipſe ſervator veniret, humanique cordis peccata nos doceret, illa maximam partem laterent ignota; imò videtur affirmari poſſe, quòd etiam remedio caruerint. Antiqua ſiquidem lex, divino licet ore tradita, non tamen (tanquam promulgata populo rudi & indocili) tot inter ritus, quibus veſtium, vaſorum, ciborum, domorum, ſupelleſtilium, & totius hominis fiebat purgatio: tot inter Sacrificia propitiatoria, pacifica, expiatoria, utlum erat lavacrum purgandis animi maculis paratum, Sacrificium ullum eluendæ culpæ deſtinatum: hinc Angelicus: *Pro interioribus actibus certa Sacrificia non injunguntur in lege.* Venit ergò Legiſlator ipſe, & ad radicem ipſam malorum evellendam, eam oculis omnium

expoſuit, docuitque ex eà, pravis, inquam, deſideriis, vitia cætera omnia progigni; teſtatur inter cætera, ut quis alieni thori violator dici queat, ſolum cor & animum ſufficere: *Qui Matt. 5. videtur mulierem ad concupiſcendum 8. eam, jam mechatus eſt eam in corde ſuo. Joſeph. 1.* Et verò Hebræorum olim nonnulli eò 12. ant.

ignorantiæ devenerant, ut in opere externo ſolo totam rationem peccati conſiſtere exiſtimarent. Sed dicamus quòd reſ eſt; nec inter Chriſtianos hodiè que deſſe videntur, qui tam turpem & ſupinam inſcientiam imitentur: hi enim cum quotidie in conſertiis, ad quæ accedunt, in conventiculis nocturnis, dum inviſunt, dum procantur, ſexcentis deſideriis laſcivis conſentiant; quia tamen ſubinde illa re ipſa non expleat, nec opere deſtinata exequuntur, ab omni ſe labe puriſſimos exiſtimant; neque verò Dæmon, qui probè advertit, quàm ſibi ipſis miſeri illudant, multum in eo operæ ponit, ut ad deſiderata proſequenda, & executionem impellat; cum, quòd ſpectabat, jam obtinuerit; & mortem animæ intulerit nequiſſimis cupiditatibus, quas excitavit. Accipitrum genus eſt, quòd ex captâ improvidæ alicujus volucris prædâ aliud non devorat, niſi aut cor, aut cerebrum. Dæmon neutri parcit, ſed improvidorum ejuſmodi mortalium cor devorat, dum voluntatis ſolius conſenſum & approbationem turpium objectorum extorquet; ſubinde & cerebrum abſumit, dum efficit, ut quæ cogitando peccârunt; planè contemnant; & tan-

IGNERI  
Christianus

quam rem minimè malam, inter confitendum cetera peccata, omnino prætereant. Reliqua quæ de prædâ supersunt, sæpe nequam ille ne tangit quidem: sed cui bono?

IV. Prò quæ isthæc inscientia est; nihili facere, & sacro Judici non aperire peccatum, quia animo solo commissum? Perinde hoc est, ac febrim negligere, quia illa intus tantùm, per fibras grassatur, nec foris vel calore nimio, vel membrorum agitatione se prodit: cum plerumque tum sit maximè pestifera, cum tota intus latet.

*Hipp. l. Si exteriora frigent, interiora calent cum*  
*4. Aphor. siti, lethale.* Juvenem illum observate, qui facie marmor refert; nec verbum obsecenius unquam loquitur, pravitate exempli offendit neminem, nullum de se suspicandi occasionem cuiquam præbet: interim intus uritur ardoribus effrenis desiderii, qui illum consumunt; & siti flagrat ardentissimâ bibendi ex cisternâ, quantumvis lutulentâ; sed tantum animi non habet, modò quia metuit ignominiosè repelli, aliàs quia erubescit deprehendi. Discretè edico; juvenis huius res pessimo loco sunt; nec prælagire de salute eius possum, nisi tristitia & funesta: febris enim & maligna, & occulta est: ut maligna necem affert; ut occulta, remedio caret. Nemo de misero cogitat, nemo malis ipsius mederi satagit, corrigit nemo: ipsemet, cum morbum suum non agnoscat, sanus sibi videtur ut qui maximè; interim mali interni vis est maxima, & omni, heclicâ febris infecto, deterius laborat. Vix manè somnum discu-

tit, cum priusquam de strato se precipiat, jam occurrunt imagines factæ circa quas vis imaginatrix, volutans dormitante & permittente occupat illorum utique ex numero, de quibus Propheta loquitur: *Diluens cogitationes suas.* Si S. Joanni Clinaco credimus, reliquos inter Demones tenet, qui *Præcursor matutinus* appellatur: cum enim hæc ipsi creditur provincia, ut ad lectum dormitans excubet, ad præcipiendum alius locum in corde excitat; mox ubi dormiens somnum excutere, aperite oculos cœperit, factas imagines facultatè imaginatrici proponit, sicque mentem primus occupat. Quæ aliena in tela pingit, & picturam, telam retinere potest, ita permissis tibus legibus, quæ, tanquam benignæ, pictorem, eiusmodi in evenit, ad plus adstringere non sunt ausæ, quam ut pretium telæ domino redderent. Nos igitur cum è somno ad rationem revertimur, telæ insar factæ puræ; & idcirco Demon si in res cinam quandam imaginem primus expresserit, utramque sibi vindicant vult, picturam & telam; & verò utramque possidet, absque eo, quod quidquam de Jure suo cedat; sed nihil his ex peccatis commodi percipitur. *Diluens surgentes corrumpit omnes cogitationes suas.*

V. Cæterum ut mali huius corruptionem ab ipsis suis principiis aggrediamur, sciatís velim, quod sit Bonitas atque rectitudo, ita & pervertitas ac malitia actionum nostrarum

externarum, quas facultates effectrices producunt, ab actibus internis voluntatis imperantis pendeat. *Voluntas est, quæ peccatur & rectè vivitur.* D. Augustini sententia est. Si Belli Dux quispiam pudendo timore percussus equum in fugam conciret, fuga hæc quidem effectus equi est effulsus habentis currentis: sed totum fugæ probrum & dedecus in sessorem redundat frenum moderantem, qui illum ab hoste aversum cursu præcipiti se ex prælio subducere compulit. *Voluntas est, quæ peccatur.* Unde homicidium e. g. non nisi materialiter, ut Scholz loquuntur, consistit in externo actu, quo vulnus hosti infligitur; sed verè ac re ipsâ perveritas tota & peccati ratio à voluntate est, quæ brachio istum imperat, quamvis ille cum Dei mandato pugnet, clamante: *Non occides.* Atque ita, ut Sapiens loquitur; *Cogitatio stulti Peccatum est:* illi siquidem facultas, quæ malum sola cognoscit & appetit, improba est præ aliis, & quod ipsa concepit venient, externas in operationes transfundit, ut radix in ramos. *De corde exeunt cogitationes mala, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsæ testimonia, blasphemie.* En, ingentem scelerum colluviem, quæ omnino, Christo affirmante, à perversa voluntate derivatur. Proinde quod Deo nos abominabiles reddit, cordis malitia est, quæ etsi foras non erumpet, sed tota intus se contineret, non idèò minus improba foret; huc proinde præcipuum studium conferri oportet. *Lava à malitia cor tuum, Je-*

*rusalem, ut salva fias, hortatur Jeremi-*  
*as, usque quo mirabuntur in te cogitationes noxiæ?* Non manus duntaxat sordidas abluite, Peccatores, sed, si salvi esse cupitis, ante omnia sordes animi & cordis vestri cunctas abstergite. Ut quid serpentes pestiferos cogitationum limum vestro, tanquam nido, fovetis tanto tempore, & molli-ter collocatis? *Usquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ?*

VI. Priusquam ad alia transeam, hæc me Prophetæ verba & loquendi ratio impellit, ut vobis edisseram, quomodo cogitatione solâ peccamus. Adverte igitur Prophetam non dicere, ne cogitationes noxiæ in cor Hierusalem intrent; sed vetare, ne inibi morentur, *usque quo morabuntur?* In morâ siquidem ista spontanea ratio peccati consistit. S. Augustinus moram hanc illicitam, quæ Sermon. humano in corde cogitationes pravæ Dom. in perdurant, explicat per id, quod statim à Mundo condito in terrestri Paradiso contigit. Nostram ibi ad perniciem tres operam junxere; serpens, Eva, & Adamus. Serpens Evæ suggestit violationem præcepti divini: Eva probavit, & Adamo eandem suavitatem; Adamus acquievit suasioni, & reipsâ prævaricatus est. Serpens suggestionem pravæ cogitationis representat; Eva appetitum inferiorem & animale, cui arridat vel utilitas, vel delectatio peccato conjuncta: Adamus, ut dominus, voluntatem refert, quæ suggestioni consentiendo Peccatum pericit, & perniciem ac mortem Animæ accerdit: ita,

IGNERI  
 Christianus

V  
 13

ut si voluntas assensum non præbeat, & pro eo, quod manum ad pomum, seu rem quamlibet vetitam, extendat, eam à se cum stomacho rejicit ut veneniferam; quamlibet præcesserit & suggestio, & appetitûs, quam dixi, inclinatio, hæc tamen Peccatum non est, saltem lethale, nec anima moritur. Sicut humano generi mortem non accersisset Dæmonis invidia & tentantis nequitia, neque famina comestio, nisi vir & ipse assensum præbisset.

3.7b.1.  
2.9.81.  
ar. 5.

VII. Verùm quia animi ac cordis motus affectusque non alienos tantùm, sed & nostros oculos sensumque fugiunt, observate in re præsentibus duobus modis voluntatem cogitationibus pravis assensum præbere: consentit nimirum desiderio, ut cum quis ulturus injuriam decernit secum hostem è medio tollere; & tacitus de modo viæque eum tollendi deliberat: consentit etiam simplici approbatione, quando læsus ille, post eadem inimici perpetrata, de illâ gaudet, Tigridis instar, quæ labra lambit, devorata præda cruore madentia. Hæc delectatio morosa dicitur, à morâ, quam in eâ trahit voluntas cum plenâ malitiæ cognitione. Et hanc moram noxiam adductis verbis Propheta increpat: *U- que quò morabuntur in te cogitationes noxia?* Cum prioribus verbis innuisset, desideriorum pravitatem esse abominandam, *Lava à malitia cor tuum Ierusalem, ut salva fias.* Res proinde postulat, ut utrumque sedulo attendatur, à Juvenibus maximè,

qui ejusmodi documento præ aliis lo-  
digent. Ac proinde, quod ad libe-  
derium spectat, ne quæso deinceps  
ducatis in animum, vos non peccatis  
se, quia quod desiderastis, non est  
executi. *Qui cogitat mala facinus  
stultus vocabitur.* Ut Sapiens hinc  
tur. Non qui facit tantùm, sed  
qui cogitat facere. Cujus rei ratio  
est, quam magnus Augustinus affert,  
quia, *qui talia cogitat, est nihil ali-  
aliqui faciat, facit plurimum sibi.* Tan-  
tùmque sibi facit mali, ut tanquam  
crudelis inimicus occidat Animam  
suam. *Qui diligit iniquitatem, diligit  
Animam suam.* Et idcirco sicut pen-  
penti non tunc, cum mordet, ven-  
num nascitur, sed venenatus fuit, pro-  
usquam morsu quemquam appetens,  
ita culpa ferre non tam primum con-  
trahitur, cum sit opus vetitum, sed  
jam tum contracta est, cum de execu-  
tione mandandâ constitutum est,  
& ipsa executio non tam malus est,  
quàm antè jam fuisse ostendit.  
*Tales si occasiones inveniunt, non mor-  
sunt, sed manifestantur.* Quod op-  
tem ad approbationem, seu compla-  
centiam spectat, Juvenes illi, qui in  
suis cum altero sexu amatoris collo-  
quiis toties de eo verba faciunt, quæ  
ipsis in eo cœlibum statu permissum  
haudquaquam est, sed solum licitum  
fit, cum conjugio illigantur, & si ver-  
bis eâ de re abstineant, saltem cogi-  
tatione illam sibi repræsentant, tam-  
sint, quia si scientes tunc videntur  
in eo objecto delectentur, animum  
suum gravi noxâ delectationis mor-  
rosa commaculant, quæ momentis  
unico

unico mortem potest Animæ afferre.

VIII. Ut rem paucis; naturæ ordine cor in animali postremum moritur: sed ordine morali primum: & ubi hoc, voluntario assensu in malum grave, letum fuerit, necesse est, ut omnis Animam vita deficiat. Id quod tum maxime usuvenit, cum captum quidem, sed non perfectum malum est. Et tamen tunc quoque non desunt, qui causâ quadam ignorantia rem, ut par est, non æstimant, sed nihili pendunt. Erit, qui personam pudicitia studiosam aut precibus, aut promissis ad flagitium sollicitet: quia, quam debet, repulsam accipit, de tentato dein flagitio se in sacrâ confessione non accuat, peinde ac si planè insons esset. Et tamen eo in casu geminum peccatum commissum est; desiderii scilicet carnis, & scandali manifesti, quibus non charitas minus Proximo debita, quam Temperantia & Pudicitia læsa est. Quid interest igitur eventum deini desiderio non respondere, nec istud opere compleri? In criminibus læsæ Majestatis, quibus omne Peccatum lethale accenseri meretur, machinationes puniuntur, etiam non fortitæ effectum. Quid refert, quoddam partus sceleratus in lucem non edatur? conceptus jam erat, nec per te stetit, quo minus nasceretur. Etiam humanæ Republicæ Legibus constitutum est, ut qui in utero latent partus, tanquam eam supponantur. *Qui in utero sunt, in toto pene Jure civili intelliguntur in lat. rerum naturâ esse.*

R. P. Segueri Christi. Instr. Tom. I.

IX. En igitur cogitationum nostrarum initia progressusque, quibus, quantâ potest diligentia, in custodia cordis nostri oportet invigilare, juxta illud Moysis: *Cave ne forte subrebat Dent. tibi impia cogitatio.* Sed quid tum

consilii, cum assultu violento hostis arcem oppugnârit? Vigilantia tum Robur ac Fortitudo jungenda est, sic ut ad hostis conatus frangendos ad mortem usque, si res postulet, decertandum sit. *Omni custodia serva cor tuum.* Sanctum Indiarum Apostolorum Franciscum Xaverium impurus Dæmon dormientem aggressus fœdam objecit imaginem; cujus ille horrore tanto perculsus est, ut vel dormiens obtineretur tam vehementer, ut ruptâ pectoris venâ evigilans multum sanguinem spueret. Enimvero abunde mihi fieret satis, si vos vigilantes vel dimidium ejus conatus in resistendo adhiberetis, quo dormiens obniscus est Xaverius. Sed quis ferat, quod Christianorum non pauci, cum simili assultu cor eorum aggreditur Dæmon, portas omnes latè pandant, pontes versatiles dimittant, & oppugnantibus, tanquam amicorum operibus, adiutum confestim con edant? Multum aliqui sibi agere videntur, si nihil agant, & hostem hæque juvent, neque illum arceant. Sed istud neutrarum quasi partium studium mihi quidem, videtur manifestus favor, quo hostem prolequimur; & hoc, non consentire, tacitum consensum reputo; maxime si animus nullo modo ostendat sibi ejusmodi suggestiones displicere. Hic

K k k

IGNERI  
Christianus

*¶. Lay.* Hic illud locum habere existimo, *man. l. quod Lex dicit: Pater consentire vi-*  
*1. tr. 3. detur nuptiis filii, quibus non contradi-*  
*C. 6. cit.* Dum enim appetitus animalis  
*l. si. ut. e.* propendat ad se cum objecto illo ve-  
*de Nupt.* rito quasi connubio jungendum, si

voluntas penitus non obstat & re-  
 nitatur, tacite saltem, atque oblique  
 consentire creditur: idque tanto certi-  
 tius, quod se aperto exponat discrimi-  
 ni, consentiu non dubio admitten-  
 di delectationem, quam ne tenui  
 quidem signo sibi probat non arde-  
 re. Non est proinde, quod existi-  
 metis, delectationem morosam idcirco  
 dici, quod illa diu duret, cum mo-  
 mento unico compleri possit & absol-  
 vi: morosa dicitur à morâ, quâ vo-  
 luntas de eâ vel admittendâ, vel repu-  
 diandâ deliberat; cum illam mox ac

*S. Th. 1.* adverteret, oporteret rejicere. *De-*  
*lectatio dicitur morosa, non ex mora*  
*2. q. 74.* *ar. 6. adtemporis, sed ex eo, quod ratio delibe-*  
*rans circa eam immoratur; nec tamen*  
*8.* *eam repellit, tenens & volvens libenter,*  
*quasi fatim, ut attingerent animum, re-*  
*spici debuerunt.* Quæ est diserta An-  
 gelici doctrina. Quamquam autem  
 res ista Animabus Deum timentibus  
 Religionem ac scrupulos injicere,  
 haudquamquam debeat, quæ assuetu-  
 dine constanti & habitu, vel ab um-  
 brâ Peccati abhorrent, planèque ab  
 illo alienæ sunt; qui tamen vix aliquo  
 Dei timore tanguntur, est quod hic ju-  
 re ac merito metuant.

X. Igitur ut in hujusmodi assulti-  
 bus certi simus ac securi, nos hosti non  
 cessasse, re ipsâ, & aperte resistere opti-  
 mum factu est; quod sit aut divi-

nam opem implorando, aut animo  
 aliorum avertendo, aut prohibendo  
 quod nunquam quacunque vel se  
 vel metu, suggestioni tam impudice  
 velimus consentire. Hoc si fiat, re-  
 calcitret licet animalis appetitus, &  
 voluntati rebellis se in te curpi etiam  
 oblectet, nihil inde in voluntate  
 damni redundabit, cum, ipsâ  
 & invitâ, perdoellis subditus cum lo-  
 ste paciscatur. *Inter alios alla, cum*  
*non nocent.* Quin fieri potest, ut his  
 certamine ingentis fiat lucri occasio  
 dummodo Animus se opponat  
 titer, & restante etiam vento, ut his  
 eleri assolent, utatur ad portus ostium  
 subeundum. Ita observare licet, quod  
 Deus miro Providentiæ lux certum  
 permittat, ut purissima & pudicissima  
 mentes, plus quam alia vexentur &  
 fligantur tentationibus ad fœda libe-  
 ritantibus, ut S. Catharina Seneri lo-  
 ctum scimus: ut nimirum, dum li-  
 coltate, contrariæ virtutis extirpa-  
 tione animosissimè obluantur, do-  
 cus castimonie longè excellentior  
 quisant, quam prius habuerint, quæ  
 quidem ac tranquillitate, sed non  
 Triumphis inlytum. Sic Am-  
 ber, ut vasi suo pretioso plus splen-  
 doris conciliet, cinereo illo suo ve-  
 lut unguento totum oblineit, ut ter-  
 renis sordibus abstertis clarior patet  
 micet, & illustriore splendore resili-  
 geat. Deus verd ex eo, quod ser-  
 vos sibi charissimos, fidissimosque sa-  
 distimis suggestionibus sollicitare per-  
 mittat, id consequitur, ut illi majore  
 animi ardore ac studio ad ipsam con-  
 fugiant; sibi ipsis majori demissione



diffidant; periculis, quæ fugâ & ob-  
vieto celeriter tergo vitari possunt,  
non se committant, sed ea sole tissimè  
præcaveant; utque se pluribus armis  
instruant contra hostes, quos, etsi tra-  
ximè cuperent, fugere omnino non  
possunt. Apes hibernâ brumâ suis  
ex alveatibus non prodeunt, nisi tan-  
tillùm per intervalla, ventorum me-  
tus, à quibus dispergantur; si quæ au-  
tem necessitas ad prodeundum com-  
pellit, etiam cum venti atrocius sæ-  
viant, ne turbine longius asporten-  
tur, lapillis providè uti nõrunt, ad  
obvencendum ventorum impulsui, &  
minore periculo volandum. Pa-  
rocinde est credere, animas etiam il-  
las Deo gratas inter discrimina cau-  
tiores tantùm, & excusso, quàm aliàs  
obrepere pronum esset, torpore, vi-  
gilantiores effici.

XI. Summa igitur rei & cardo in  
eo vertitur, ut magnis animis obvita-  
mur; unde res postulat, ut potens ar-  
gumentum ac rationem suggeram,  
quæ vos ad luctam istam animosam  
obvitem, tanquam ad cordi vestri  
defensionem maximè necessariam:  
id quod aptius à me præstari non pos-  
set videtur, quàm si Tridentinorum  
Patrum in rem præsentem verba con-  
sideranda vobis proponam. Hi  
dum de Peccatis agunt, quæ cogita-  
tione solâ admittuntur, affirmant,  
quod non tardè Animam graviùs vul-  
nerent, quàm peccata operis; majus-  
que illi periculum amittendæ salutis  
accerfiant. *Nonnunquam Animam  
graviùs lænant, & periculosiora sunt  
ipsi, quæ manifestè admittuntur.* Hæc

tantâ fretus autoritate asserere non  
dubito: Peccatorem omnibus pravis  
suggestionibus consentire solitum in  
statu versari valdè deplorando,  
sive præsentia, sive futura specto-  
mus.

XII. Præsentia quidem si spectem,  
primò me tetter multitudi peccato-*S. Th. 1.  
rum, quæ admisit. Non est quidem 2. q. 20.  
dubium, quin peccata operum abso- ar. 4.  
lutè loquendo magis timenda sint;  
cum magis juvent ac roborent appe-  
titus rebelles, ac pravis habitus;  
magis perficiant peccatorum fœdi-  
tatem; & sæpe insuper Proximo ex-  
empli pravitate nocent. Unum ta-  
men est, quod peccatis cogitatio-  
num proprium, illa reddit perquam  
penitentiâ, ingens, ut dicebam, eo-  
rum numerus, & multiplicatio, quò  
faciliùs, hoc formidabiliùs. *Nun-lob. 38.  
quid aperta tibi sunt porta mortis, & o-17.  
sua tenebrasa vidisti? Porta his, si Gre-  
gorio magno credimus, pravæ cogi-  
tationes indicantur, per quas mors  
peccati ad Animam ingreditur. Por-  
ta mortis sunt cogitationes prava. In-  
greditur quidem etiam per sensus ex-  
ternos hæc mors: illi tamen non Por-  
ta, sed Fenestræ appellantur. *Mors lev. 9.  
per fenestras nostras ingressa est domus 1.  
nostras.* Nec hæc appellationis di-  
versitas mysterio vacat. Quod enim  
discrimen intercedit inter Peccata so-  
lâ admittæ cogitatione, & externa,  
quæ sensuum ministerio perpetrata  
sunt? illud omnino, quod est inter,  
intrare domum per januam, aut intra-  
re per fenestras. Ut domum intres  
per fenestras, scalis opus est, opus est  
K k k z homi-**

IGNERI  
Cristianus

homine, qui scalas regat, & saepe alioquo, qui manum scandenti porrigat. Deinde si fur est, qui intrare vult, & non deprehensi, concubinae noctis tenebras expectet necesse est. Ut autem per portam quis ingrediat, tum multis haud quaquam opus est: pateat illa tantum, & tum non dominus magis, aut facilius, quam fur, ingredietur. Ita res nostra se habet. Si Juvenis quispiam Puellam fallere, & illi, ut fur infamis, auferre cogitat thesaurum nobilissimum, quem natura illi & Gratia contulerint, Decus inquam Virginitatis, quot machinis opus est, ut per fenestras ingredi possit? Necesse est, incidere in Puellam planè stultam, quae venalem ipsi offerat mercem tam pretiosam, pro pretio incertissimo sponsalium futurorum, quae tam facile non servantur, quam facile contrahuntur. Hanc ipsam deinde oportet allicere & invitare millies, sollicitare precibus sexcenties iteratis, securam reddere contra metus innumeros, quos excitat in ejus animo verecundia, & respectus majoribus & Parentibus debitus. Studiosè vitandus est occurus matris, quam suspiciones non vanè de occulto tali molimine conceptae sollicitam reddunt & vigilem: observandi sunt vicini, qui musitant, & palàm edicunt; familiaritatem istam majorem esse, quam ut ferri porro debeat. Metuendi sunt sanguine conjuncti, ne ipsi statuunt eluere cruore maculam; quâ nequam iste vaserrimus aspergere tentarit eorum familiam. Quot

scalam, ad intrandum per hasce fenestras! nec tamen istae sufficientes: necesse praeterea est vetulam illam inducere, ut scalas sustentet, nuntios inquam, ferat, & referat: nec interire etiam sumptibus & crumena parari potest, sed tantum manū promptam & liberali donandum est, quantum exigit; cujus operâ uti placet: exorbare quoque oportet utroque oculo vigilem, dum alii dormiunt. Vultor tantisque rebus ad potiandum optato sine est opus, ut mentes nunquam integri abeant, quibus omnia necessaria patentur & praemitantur, ad executionem furti pudicitiae achnestatis; & quamvis tandem denota liberare aquas palustris hujus actione se lacuna, sic tamen bibendum est, ut ex Nilo canes, furtim ac testibus do metu Crocodilorum praedae imminentium. Ediverit ut non unum, sed centena, quin & millena desiderando & cogitando delicta admittantur, preparatu & machinis nullis opus est: patet semper janua; nulla scalarum, internuntiorum, sumptuum, doctorum, procum, pollicitationum, timoris necessitas; sufficit amara colloqui; quin sufficit oculos in illam conjicere, aut etiam illius tantum meminisse. Imò etiam dum somno miser iste Juvenis indulget, ab insidiis concupiscentiae suae (ut olim Samsou nequam suae Dalila) turis rotas est; dum hac foedissimis illum spectris infestat, quibus in praedam datur; seque è somno expectatus in se constrictum jam inveniat, ut videtur manus det.

XIII. Nemo proinde est, qui numerare facile possit peccata; que ex hac tanta, cogitando peccandi, facilitate nascuntur. Damon dum ad prava desideria, & delectationes invitatur, agricola seminanti comparari posse videtur: at cum ad opus veterum incitat, agricola plantanti. Unius anni decursa pauca omnino novae planta terrae committuntur, aut quia locus eas non capit, aut quia plantandi tempus non est, aut quia sumptibus & labori fructus non respondet, quos ad fossas aperientias, ad plantandum, ad custodiendum, quod plantarum est, necesse est addibere. Quantum autem anno quovis uno in agro fertur? nimirum, solo semel proclivito sufficit manum aperire. Equidem si non aliam oreus messem colligeret, quam operum veterum, quam non essemus beati! Parum prestare suum illi negotium eaderet. Melius potissima in desiderijs consistit, que tantillo labore ipsi stant, cum tamen quosannis tota his hotrea replentur. *Super seminavit Zizania, & abiit.* Manum aperit, loliorum semina spargit, desideriorum inquam pravorum, & abiit. Et cur abiit? quin potius expectat, ut suismet oculis ulatpetat, ut evocata, que ipse desiderat. Abiit quoniam satis novit, sementem pullulaturum, quin & multiplicandum ingenti numero. Quem ergo non terreat tanta noxarum multitudo, prognata ex illa proclivitate, & facilitate, & quae sola mente peccatur? Noxae etiam leves, cum magnus earum est numerus, magnopere formidanda sunt:

ut qui in urbis alicujus presidio est miles, quamvis expertus, quamvis armis probe instructus merito timet multitudinem civium & populi feticiosi. At si tam metuendus est vel minimarum noxarum magnus numerus, quid de numero innumerabili gravissimorum delictorum sentiemus? Formidabilis est exercitus etiam locustarum; & ad parem numerum leonum non sit trepidandum? O infelices animas, quarum ejusmodi est conditio! parum enim abest, quin dici queat, totam eorum vitam peccatum esse unicum; à mane ad vesperum, à vespere ad mane, ab exordio anni, ad ejus usque exitum. *Cum la Gen. 6. 5. cogitatio cordis intenta ad malum omni tempore.* Atque ad hanc miseram conditionem facile delabitur homo, quando is à teneris annis excutit frenum timoris Dei, ut qua voluntas & voluptas trahit, pro arbitrio evagetur, & nullum pratum intactum praterat. Ita enim tenaciter pix ista stygia adhærescit, ut ab ea se extricandi modus ac via non appareat; quin etiam, dum ab illa purgare se quis contendit, pronum est contingere, ut amplius inficiatur; & dum Confessione eluere vult desideriorum suorum fedditatem, inter ipsum animi explorandi conatum, novae de ipsis delictis admixtis delectatione inquinetur.

XIV. Ut porro de ejusmodi statu aliquid explicatius dicam, affirmo, assuetudinem omnis generis pravis desiderijs assentiendi duo potissimum, sanè quàm noxia, post se trahere. Primum est, quòd Animam.

IGNERI  
Christianus  
VI  
13



reddat omnis sensus expertem, ac stupidam; alterum, quod correctionis spem omnem admittat. Ethiopes in ardentissimâ cœli plagâ natos, educatosque videbimus aetate mediâ animi causâ Solis spiculis expositos stare, ubi alius, mitiore al frigidore cœlo natus, sudore totus diffuere, & tantum non animo linqueretur. Non aliter infelix aliquis Juvenis, qui ne noverit quidem, quid sit tentanti orco resistere, quantumvis mediis suggestionum in flammis delicias videbitur invenire; ubi alius Xaverij æmulus, si eosdem à Dæmone ignes admoventi fenserit, gemitus inter ac suspiria, lucamque fortissimam tantum non animam ponet. *Verberaverunt me,*

*Prov. 23. 35. sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi.* Atolat quantum vult & potest, brachia Dæmon, & ictibus suggestionum immanissimis percussat conscientiam pravâ assuetudine corruptam, perinde ac mancipium ad nervorum ictus induratum, & obducto collo quasi ferream, sensum doloris prodeat nullum. *Non dolet,*

Gemine: furorem ac conatum crudelissimus hic antagonista, & animum de consensu in consensum rapit; ne tum quidem miserandus de tantâ barbarie & raptatione conqueteretur. *Non sentit.* Nimirum eorum ex numero esse apparet, de quibus Davidis ore Deus. *Dimisisti eos secundum desideria cordis eorum; ibunt in adventionibus suis.* Terent semper, non semitam mandatorum meorum, sed nequitie suæ, eosque dum reduci nequeant & corrigi: qui alter effectus est assuetudinis pessimæ, Spinae

primus, de peccatis. Echini initio molles sunt & flexiles, pilorum instar; temporis lapsu duritie sagittas æmulantur. Conoscit quis hominem ejusmodi suis in delictis & diurnâ perveritate induratum ad bonam frugem reducere: proficiet nihil. Videbit illum exploratorem & ridentem monita ac minas, nunquam terriculamenta puerorum; nunquam opem divinam implorabit; ne conturbetur quidem, ut suis illis è laqueo extricet; tantum abest, ut magno niturumpere illos laboret. Rivulus fontis suo propinquus, si damnum & frugem agris tuis mineret, non magno labore aliò derivari potest, & minorum in rivulos spargi. At si aliarum undarum accessu, dum longa tetra, spatia percurrere finitur, ex rivolumen evadat, tum enim vero irritus erit labor aliorum illum velle derivare; omnes obices pertrampet, omnes aggeres undarum suarum mole transcendet, aut perfringet. Si verò ejusmodi hominum genus in publico natum, suisque in flagitiis obstinatum, ad integras Provincias pestiferis suis sermonibus inficiendâ abunde sufficit. Assueti enim longum usum non nisi veneno se pascerent, non jam venenum, sed cibum lectissimum & suavissimum illud estimabunt; & scelera, ac flagitia sua patiebunt ut lepores, ut amantissimas, ut juvenutis impetus minimè coercendas, quibus sine naturâ esse non possunt, quos nemo, qui homo sit ex carne constatus, non sentiat. Refert Rhodius dignus puellam aliquam à tenetibus assuetam araneas manducare, & alia re-

nenata alimenta, tandem temporis lapsa ita evasisse pestilentem, ut solā oris sui salivā mortales interficeret. Non dispar est eorum, de quibus nobis sermo, conditio. Væ illi, quem mala fors tanget, ut ejusce farina homini loqui solus soli debeat! sicut ipsi veneno piscuntur, ut cibo, ut inquam pravis desideriis indulgent, tanquam minimè malis ac noxiis, ita aliis non salivā tantum sed voce, similem pestem afflant, nisi ab eorum se confortiis segregent.

XV. Nec tamen hic finis malorum. Nam & mortales conditionis tam miserandæ rectè quis avi comparetur, cavè claudæ, prope quam accipiter circumvolitet. Bis illa misera est: ob captivitatem inprimis, quæ pro deninetur: deinde ob imminens ab accipite periculum, qui idem vulnem propius ad eam lacerandam devorandamque advolat. Sic affuevit omnibus pravis desideriis aditum dare, præter calamitatem, quam patitur ex lapsu in luorum facilitate, & numero nozarum continuatarum, est quod iste metuat in futurum, & illud momentum, quo hinc in aternitatem perget. Aut enim mors supervenit improvisa, ut fur, aut aggreditur ut latro vi aperta & prævisâ. Si improvisa, & nihil minùs metuentem opprimat, sic ut mortuum prius, quam motientem se mitetur; actum est aeternum de miserissimo, tanquam tot nozarum reo, & peccatore perpetuo, qui vix sacro è Tribunali egredietur, quod, ut vipera evomuerat, vete-

num resorbet. Si non ex insidiis, & non opinantem mors auferat, sed vim adhibeat manifestam, sic ut ille sibi migrandum prævideat, assero tum discrimen perdendi aeternam salutem esse, si non certum & evidens, saltem multo verissimillimum. Lectum enim illum, quem ejusmodi homo morti proximus occupat, campum dicere possumus, in quo pugnandum illi sit cum orco, majori furore & atrocitate, quàm nunquam aliàs, illum aggressuro. Sanctissimus Genevensium Præsul Franciscus parùm aliquando à mortis confinio abfuerat. Falsus dein est, recuperatâ valetudine, tentatum se tum fuisse à Dæmone sophismatis tam argutis, subtilitatibus tam ingeniosis, ut sanus nihil se unquam tale expectum meminisset. Nemo sibi persuadeat, ita se illo momento tentandum, ut nunc solet. Haud quaquam sanè: periculum enim amittendi tum Animam, maximè diu ante hæc à se possessam, Dæmonem ut cautissimum, ira planè ferocem ac crudelē reddit. Nunquam Leo prædam amplectitur & stringit arctius, quàm cum illa fugam molitur: nec Pharaò, vera & viva Dæmonis imago, unquam tam atrociter Hebræam gentem afflixit, quàm cum fugam ex Ægypto ipsa meditabatur. Proinde dubium esse non debet, quin quo hinc migrandum est momento, juratus iste hostis oppugnaturus sit viribus majoribus, quàm unquam: & si tum fortè sacra ad præsidia recurrat anima, stimulo id ipsi erit, ut con-

IGNERI  
Christianus  
1713

conatus geminet, & omnem artem exerat, ne illius jacturam subeat. Quae autem tunc erit tentationum materia? an verba vocésque impia? atqui has vos saepe tum frustra moliri apprimé novit. An opera? sed videt jam motus omnis expertes. Solum igitur cogitationum ea pugna erit, & cordis tantum arcem totus impetus oppugnabit, quae expugnata, nihil porro, quod vincat, superest. Quomodo autem tunc luctabuntur & obtinentur miserissimi Peccatores, cum viribus aded exhausti sint? quomodo pugnant, qui artem tractandorum armorum didicerunt nunquam? Quomodo eludent machinarum curulum vim ac furorem, si de aggeribus muris, propugnaculis, cum tempus id suadebat, cogitarunt nunquam? sani, impetum, quo propellerentur, non expectant; nunc debilis exhaustique resistunt repetitis tanto numero ictibus atque impulsibus? Malè metuo, ne plures uno Infernus incolas recensent, qui post animum Confessione sincerâ expiati, post omnia ad felicem transitum media solerter adhibita, cogitatione adhuc aliquâ aut desiderio dein peccarint, æternumque perierint. E multis, quae eâ de re passim referuntur, exemplis unum seligam, ex quo nemo non multa si velit, addiscat.

XVI. Alebat domj suae faminam Juvenis, perditè proflus à se amatam, quam ne tum quidem, cum morbus ad extrema illum deduxisset, dimittere cogitabat: unde necesse fuit, ut

amicorum aliqui, vel invito agro, extra ex oculis amoverent, & Sacerdotem pium ac prudentem vocarent, cui confitenti operam daret; cum ipse improvidus, ne hac quidem de re cogitaret. Venit Sacerdos, & quae illi agri conditio edoctus diligenter, tunc dextrè misero agro, tamque apertè oculos posuit discrimen aeternae damnationis incutendae, in quo erat, ut ille periculi magnitudine attonitus lacrymas solveretur, omnemque vitam tam malè à se actam seriem ingenitum dolore Confessario recenseret; hanc artem de lucro animae, jamjam peritura sibi gratulans, latus alacèrque domum repeteret; cum prius agrum amissum ad strenuè continuanda propugnacula ac senta tam pia, domesticosque tenuisset, ut, quàm primùm res potius videretur, se denuo evocarent. Vix Cœnobii sui limen attigerat, cum magis supervenit, referens: agrum repente oppressum symptomate vix re desuisse. Neque hæc Sacerdos dolendi materia visa est; cum quædam potius, se tam in tempore adfuisse Juvenem, cæteroquin tam fœde errantem, in salutis semitam redemptum; sic, ut ille post elutas Confessione tam seriâ omnes maculas, felicitate urique migrarit. Quare, ut, quæ extremum agro impenderat charitatis officia, abolveret, rectè ad sacraniam se contulit, divinam hostiam pro maturo primus litaturus. Sed eni verum summo stupore dignam! Dum Sacerdos sacro amiculo caput velaret, laetis merisque tegere parat, vi abditâ

sibi tantum non è manibus eripi sentit: pergit tamen, & vestem albam corpori & cingulum aptat; sed idem tum in hoc utroque, tum in cæteris sacrificantiis vestibus assumentis experitur, ut nonnulli magnâ cum luctâ, & majori horrore, istis se indueret. Plurimum tamen auctus est horror ac perturbatio, cum cæteris omnibus paratis, sacrum Calicem manu prehendere, & ad Aram jam nunc accedere destinar. Videt enim manus duas nigerimas, quæ vi avulsam è manibus ejus Calicem procul abjecerunt. Tum enim verò gelido sudore persusus, ingentique angore oppressus, quibus amictus erat, sacerdotales vestes ponit, & in Templum rectâ contendit, eluturus lacrymis qualemcumque noxam, quæ, ut ipse rebatur, impediēbat, quò minus perlitare posset. Hic provoluto in genua vox ex aliquo templi latere ad aures allabitur, sic eum terrificè compellans: Sacerdos Christi, quid moliris facere? cui ille: Sacrum pro homine paulò ante defuncto facere intendo. Tum vox iterum. Noli frustra fatigari: defunctus ille ego sum, sed flammis æternis addictus. Condemnatus tu æternum? Qui id, reposuit Sacerdos, qui id fieri potuit? An non hac ipsâ proximè præteritâ nocte noxas tuas omnes mihi Judici aperuisti, idque contritione tam ardenti, dolore tam serio intensòque? Ita est, respondit defunctus, confessus sum, & rite sanctèque confessus; nec tamen id factis fuit. Assuetudo illa pessima, quâ pravis antea suggestionibus assentiri

solitus eram, ad Orcum me deinde detrulsi. Vix tu, Pater, à lecto meo recesseras, & extuleras cubili pedem, cum adfuit infernus hostis, & animo species detestabilis mulierculæ, à me antea tam perditè amaræ, objecit. Ego magno animo stygiis his molitionibus restiti, rejecique à me hostem his verbis: Utinam hanc ego pestem vidissem nunquam, nunquam cognovissem? sed repetiit assultum hostis semel rejectus, mihi que interiores ob oculos posuit: miseram illam & me antehac tenerrimè dilexisse, & modò totam esse in jaçturâ mei amarissimis lacrymis deplorandâ. Fleat, dixi, & per me tota in lacrymas abeat, quid ad me? mihi cum hac faminâ nihil porro negotii est, aut erit. Atque ita etiam alter inferni conatus irritus fuit: utinam & tertius! Dæmon certè geminâ repulsâ nihil territus; non miror, inquit, ita te nunc loqui: mors enim, quam times, præ foribus est: sed si discrimen evaseris, tantumne tibi animi erit, ut charam animulam domum tuam non revoces? ne istud crudele & inhumanum facinus foret! Si evaderem, dixi, parùm antehac ejusmodi certaminibus assuetus, si inquam, evaderem discrimen, facere utique non possem, quin illam denuo ad reditum invitarem, utpote olim mihi tam charam tamque dilectam; cum & ipsa me non minùs diligeret, nihilque non meâ causâ cuperet. Nec pluribus opus fuit, assensu enim isto interno præstato, animam miser exhalavi, quam cum lethali hac noxâ cogitationis fordidam

IGNERI  
CHRISTIANUS

Y  
15



450 DISCURSUS TRIGESIMUS  
didam Iudex Deus invenisset, iure me-  
ritissimo aeternae in me damnationis  
sententiam fulminavit.

XVII. Quis nunc vobis sensus,  
Auditores humanissimi? Audistis, quae  
fors fuerit peccatoris istius miserandi,  
qui rite à Sacerdote expiatus, quia  
tamen resistere pravis desideriis & sug-  
gestionibus non assueverat, extre-  
mum illum sub articulum iterum as-  
sensus, aeternum perit? Nolite ta-  
men ambigere, quin eadem calamitas,  
fors eadem funestissima complu-  
res alios oppresserit, & utinam nemi-  
nem vestram eadem extremo excidio  
admoneat! Equidem nemo est, qui  
non iure metuat: maximè tamen  
illi, qui bibunt iniquitatem, sicut  
aquam, qui jam inde à primâ adole-  
scentiâ omni turpitudinis ac for-  
dium genere se commaculant: quo-  
rum cor, ut Regiorum palatiorum  
ostia, semper pateet, non actu minùs  
quàm interdiu, & nullâ non horâ  
libet Damoni ad illud aditus datur.  
Quomodo illo in momento se gerent  
miseri, ex quo pendet aeternitas? De-  
mus; non desit illis tempus ad animum  
confessione purgandum: etiâ te  
ipsa sordes omnes verâ Poenitentia  
abstergant: non aggrediatur eos hostis  
orcinus conatu magno, sed perlevis;  
an non, quas facile alii riderent sug-  
gestionibus, his ipsi ut gravibus, ob as-  
suetudinem illam suam funestissi-

*Serab. l. mam, non difficulter assentientur?*  
*15. Geo. graph.* Aqua quod est impurius, hoc faciliùs  
incalescit: unde observatum olim  
est, aquas Nili, quae nunquam non

PRIMUS, DE PECCATIS,  
multum limum trahunt, vix medi-  
tatem illius ignis polcere, ut ob-  
vescant, quem aliunde hausta aqua  
desiderat. Nec alia remedium à  
palustrium horum cordium conditio  
est: parvus ignis sufficit, ut laesum  
desideriis exardescant: unde peccata  
minimis quibusque rebus, & cum  
Absolone suis è capillis, nimium pro-  
lixis & vagis, inextricabili nodo pro-  
dent.

XVIII. Superè sponde, dicitur  
mi AA. ut sapiatis tempore, & con-  
plectamini, quod Divinus Spiritus  
Isaia lingua suggerit, consilium. *Au-  
ferre malum cogitationum vestrarum*  
Ingens omnino Anima malum sunt  
peccata interiora, tam graviter,  
quàm numero suo. Gravior & no-  
gnitudo tanta est, ut Deus interter-  
cum externis conferens, haec nihil  
tantùm, illa autem pessima pronun-  
tiet: *Convertimini de viis vestris malis*  
en gressus malos, quos in via iniqui-  
tatis operibus ipsis facimus. *Au-  
ferre cogitationibus vestris pessimas.* En pro-  
cata desideriorum, quae idem totum  
pessima dicuntur, quod pra aliis  
nihil adnoscentur. Pari modo peccato-  
solus sanè animae morbus est, alio-  
tudo corde peccandi, ob ingentem  
quae committi solent, numerum,  
sic ut vulnus curationem parvo non  
admittat. *Insanabilis est dolor non*  
*propter multitudinem iniquitatis vestrae.*  
*Auferre igitur malum cogitationum*  
*vestrarum.* Auferre perniciem Animae  
vestrae certissimam; auferre malum,  
quo Magnus Deus taru graviter le-  
ditur.

P. SE  
HOMO



ditur, quo scias vobis tanto discrimi-  
ni exponitur: malum, quod siue in  
se, siue aliis comparatum spectetur,  
nunquam non est gravissimum & ma-  
ximum.

XIX. *Auferre malum cogitationum vestrarum.* Non jubet Deus, ut auferatis cogitationes malas, sed ut auferatis malum cogitationum; ut amoveatis, inquam, ante omnia earum occasiones, faces, fomenta; tam vigili, oculorum maxime, custodia, quam confortii pravorum fugâ, quam etiam librorum piorum lectitatione, qui sanctiores & duriores cogitationes suggerant & excitent; divinique verbi, cum pro concione explicatur, avidâ & attentâ, suo tempore, perceptione. Duplici munimine natura Coelestium oblescit: primum est constitutum, quæ foris illud muniant; alterum membranæ, quæ proximis tanquam fasciis involvitur, tegiturque. Amalaminus & evos providam hanc matrem; manite inprimis cor vestrum exitio pravorum actionum agere; deinde propius, animi devoti ad divinam opem postulandam per fugio; quæ sola non præcavere tantum & arceere malum possimus, sed etiam jam præsentem moderari; siquidem non erravit Propheta, dum Dei nomine loquens dixit. *Abiit vagus in viâ cordis sui: Vias ejus vidi, & sanavi eum, & reduxi eum.* Nihil autem perinde necessarium est, ac, ubi ejusmodi suggestio animum vestrum pulsât, contestam & nullâ proorsâ interpo-

sitâ illam rejicere, non autem velut pacisci cum illâ, aut cum Dæmone, quando hic ejus author est. Sanctissimus ille senex Eleazarus vix auditâ violandæ divinæ Legis conditione, absque morâ respondit; mortem se potius; quàm transgressionem hanc malle. *Respondit cito, malle se pro-2. Mach. mitti in infernum.* Et hæc nimirum 6.23. celeritas, si quidquam aliud, tutos vos in tot periculis præstabit. Tanais, licet Regionem immuni frigore horridas percurrat, nunquam congelascit; tantâ enim velocitate rapitur, ut aquæ condensandi se moram non habeant.

XX. Verbo, non sufficiat vobis non cedere, non admittete pravitatem: sed repellite actu ipso, & vim vi eludite. *Auferre malum cogitationum vestrarum.* Quod si animalis appetitus obmurmuret, ut insanum tractate; Iobi exemplo, qui conjugem ut stultam repulit, cum ista sollicitaret ad execrationes, & deflectionem à Deo: nec unquam conatus vester nimius vobis videatur, in negotio, ex quo Animæ salus pendet. *Omni custodia serva cor tuum, quoniam ab ipso vita procedit.* Quæ enim aliâ dolendi, quin & desperandi materia, damnari æternum unius solius cogitationis causâ! O Anima infelix, si unquam contingeret te in tantæ calamitatis abyssum ruere tantillæ rei merito, quid diceres? Quam merito illud Prophecæ ingeminas. *Venatione ceperunt me quasi avem, inimi-*

IGNERI  
CHRISTIANUS

492 DISCURSUS TRIGESIMUS PRIMUS, DE PECCATIS, &c.  
*ei mei gratis.* Nec tamen aqua querela, nec justus tuus dolor esset; eo enim pretio mercem tibi suam. Dæmon vendidit, quâ ipse pro se olim emit. Una cogitatio Dæmonem æternum miserum fecit: unâ cogitatione effecit, ut & tu æternum infelix sis. Non igitur jure doles: Quare patere in omne deinceps ævum, & obmutescere: aut si lamentari juvat ac queri, de te solâ querere. Excubemus ergo vigilantes ad cordis nostri custodiam, ut conatu illud propugnemus: ut in arcem, nobis creditam, Christo Regi nostro servando, tanquam fortes & strenui milites: quâ ille de suis hostibus gloriolus triumphabit, præmiis ab eo maximis æternisque donati mereamur. *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in Throno meo.*

Finis Primæ Patris.

